



esset, adeo immemores regularum bonae disputationis, siue, quod potius dici potest, ignorantes sunt, vt audeant quoque, mysteria ex ratione demonstrare. Quod autem fieri quum ne ab angelo quidem queat, (1. Petr. I, 12.) interdum quoque effecit, vt gnari malae rei suae hostes ab imbecillis suis rationibus ad infirmiores talium philosophantium transferint, atque, detecta tali argumentorum infirmitate, corroborati potius in suis impiis erroribus, quam moti atque conuicti fuerint. Abusus hoc est virium, quas Deus dedit hominibus, illa, quae prorsus fieri nequeunt, et ad quae mysterii demonstratio in primis pertinet, praestare velle. Tales, iam non vrgebo, suis demum probationibus ipsos Socinianos fieri. Nil enim prius atque, si totam caussam Socinianorum pessimam species, detestabilius in ea deprehenditur, quam quod Sociniani in rebus, quae ad fidem pertinent, vnicum iudicem imbecillam hominis rationem faciant. b) Habebis itaque nunc meam rationem, cur refutare potius, quam demonstrare, meum fuisse officium, hoc loco iudicauerim.

§. III.

Videte itaque fuitiles et commentitias Socinianorum rationes, non differentium philosophorum; sed somniantium, quibus in dubium vocare conati quidem sunt, sed non

b) vide Magnifici Praesidis *Leitung in die polemische Gottes-* gelahrheit, II. Buch 4. Cap. §. I. III. IIII,